



VLYSSIS ALDROVANDI
PATRICII BONONIENSIS
QUADRPEDVM OMNIV BISVLEORVM
HISTORIA.

IOANNES CORNELIVS VTERVERIVS BELGA
colligere incepit
THOMAS DEMPSTERVS BARO A MVRESKSCOTVS IC
perfecte absoluit.
Marcus Antonius Bernia
Denuo in lucem edidit

AD ILLUSTRISSIMVM ET REVERENDISSIMVM
D. PARIDEM LODRONIV COMITEM
ARCHIEPISCOPVM ET PRINCIPEM
SALISVURGENSEM
SEDIS APOSTOLICAE LEGATVM NATVRA
Cum Indice copiosissimo
SVPERIORVM PERMISSV

Cum Fructuoso S. C. M. 1631

FORTITVDO
ET
MAGNANIMITAS

Jo. Bapt. Ferroni sculpsit

DE RHINOCEROTE.

Cap. XXXIII.

Ordo & ne-
xus cū su-
perioribus.

Error insi-
gnis nonnul-
lorum.

Piscis.

Cornua Rhi-
nocerotis
reperia.

Bos marin⁹

Auis.

Tuba ex
cornu.

SEPTEM animalia *Monoceros*, siue vnum tantum cornu habentia viri eruditi obserua-
rūt, præ alijs Iacobus Dalechampi animaduersionibus Plinianis lib. 11. cap. 37. His ad-
numerant *Rhinocerotem* plerique. Ipse Plinius loco laudato; Sunt, inquit, cornua alijs ani-
mātib; quadrupedibus *Singula*, & hæc medio capite, aut in naribus. Quod tamen quam recum sit,
nos in sequentibus discutiemus. Malè Albertus Magnus *Rhinocerotem* & *monocerotem* idem
animalis genus lib. 22. de animalibus iudicat, & cum alijs sequuti, nec imperitè quidam negant
vllibi in cerum natura *Rhinocerotem*: quando & belluā multi descripserint veteres, recentio-
resque, & in theatro aliquoties populus Romanus spectauerit. Nec vllum animal esse reor, cu-
ius natura, & descriptio magis sit in lubrico, incertoque. Consulendi sunt Bellonius, Gesnerus,
Ioachimus Camerarius, Angelus Politianus cap. 56. Miscellaneorum & alijs, qui non sunt mihi
ad manum. Etymon illi à cornu, quod ex naso pullulat, quod infra quale sit, videbitur: Et licet
secundum nonnullos duo habeat cornua, vnum in naso, alterum paulò supra in fronte, aut vt
non nemo existimat, in humero dextro, tamen quia prius est longius, fortius, vtilius, ab eo sum-
psit appellationem; Sed hæc infra fusius.

SYNONYMA.

HOC nomine veniunt, piscis, auis, quadrupes fera; *rhinoceros piscis*, plerūq; in mari rubro
capitur, & vix aliud tributi genus ab incolis illius fractus, Abyssinorū, regi peditur, vt
ex Alvaro Bermudesio ex alijs auctoribus Samuel Purchasius lib. 7. peregrinationis
Africane exequitur cap. 4. Martinus Frobisherus suscepta in Americam peregrinatione sub au-
num salutis reparata 1576. cum Oceanum Septentrionalem mense Iulio glacie cōstrictū, & tran-
situ perdifficilē iuuenisset, ibi cōsistere coactus multos pisces frigore, vt putatur, enectos reperit,
& in his *rhinocerotem* ingentē inter ingentes glaciei montes fluctuantem, rotundū in str. h. striis,
duodecim pedes longū, cornu duabus vlnis extenso, minus duobus digitis, è naso extuberante, quodro-
tissimum. ijs visum est, qui viderunt, eodemq; modo, ac pane forma pari cum ijs, quæ Venetijs, ac Dni
Dionysij spectantur, pars summa refecta, aut fracta erat, cui aranea imposta statim expirant, id
Angliæ Reges Windsoræ inter pretiosissima afferuandū collocarūt. Verba sunt Casparis Ensi Lusitani
lib. 2. hist. Indiæ Occident. cap. 26. Relatum est à cerum Britannicarum Scriptoribus sub annum
1588. inuētum huiusmodi cornu in litore Sudouolgio ab imperita muliercula, diuenditumque
exiguo pretio, postea vsui magno fuisse, vt in litteris tetulit Robertus Salmonius de acti sui zui.
Sed & piscis iste eodem nomine varia descriptione apud modernos audit Geographos; nam quæ
in terra viridi in nouo orbe cornua sūt, longè figura dissident ab illis, quæ in mari rubro fre-
quenter visuntur, vt Ludouicus Vvreta Franciscanus exquirat lib. 1. histor. Aethiop. pag. 247.
Nuper ante annos decē Thomas Button, & Robertus Bassin in insula Fœminea in Atlantica de-
prehenderūt totam incolarum opulentiam cōsistere in istiusmodi cornibus, quibus maxima vir-
tus aduersus quælibet venena, vt fusius habetur peregrination. America lib. 8. cap. 3. Obseruati
etiam in insula Ramea, & toto maris adiacentis tractu inuisitatum nostro hoc orbe piscem me-
morari, quem *bouem marinum* nominant, cuius magnitudo bouem quemlibet æquat, aut supe-
rat, corio duplo crassiore, duo dentes elephāinos referunt, et si paulò breuiores, cornu è naribus
excrescente, cuius incredibilis aduersus quælibet toxica vis est, si vera sunt, quæ tradidit Iaco-
bus Chartier in Noua Francia.

Rhinoceros auis volatu admodum pernici, & incitato fertur, corporis magnitudine aquilam supe-
rare, rostro incuruo, quatuor pedes longo, inter oculos cornu extante, quod nigra linea continuo produ-
cta distinguitur. Est auis crudelis, & immanis, sequiturque exercitus, & cadaveribus depasce-
tur. Visa est vna à Lusitanis enauigato mari rubro, cum Solimanus Eunuchus classem circumduce-
ret, eadem virtus huius cornu, ac quadrupedis, vt narrauit Ludouicus de Vvreta lib. 1. hist. Aethio-
pag. 344. Recolo sub annum 1595. in Guianu visam auem, & Gualthero Raleo in portu Morege
oblata à Rege Armadillam, ita indigenæ vocant, cuius penna ita disposita, vt lorica squammas
rante, excrescente longo cornu, quo illi vtuntur pro tubis, Petrus Martyr Decad. 3. lib. 6. Ro.

eius partem non esse longius, & sub terra, ut talpam vivens, interdum etiam altum volare, carne eius non in suam, cornu precipuum antidotum haberi prodidit Monardus auctor verax cap. 37.

Rhinoceros quadrupes fera nobis hoc opere est describenda, quam solum veteres, nec omnes quidem illi cognoverunt, suam eo nomine, & piscem penitus ignorarunt. Nos succinè de fera architectura naturali descriptione exordium ducemus.

GENERATIO, ET COITVS.

GENERATIO eius qualis sit C. Plinius exprimit lib. 10. cap. 63. Coitus aduersus Elephanti, Camelis, Tigribus, Lynceibus, Rhinoceroti, Leoni, Dasypodi, Cuniculis, quibus auersa genitalia. Eodẽ ferè tenore C. Iul. Solinus cap. 24. polyhistor. Auersi coeunt nec hi tantum, Leones, sed & Lynces, & Cameli, & Rhinocerotis, & Elephanti, & Tigrides. Sive ille Pliniũ transcripsit, sive illum Plinius fontem, à quo hauseret, habuit, alter certè ab altero diffidet, nã Dasypodi, & Cuniculi ab isto omittuntur, ab eo enumerantur, & minùs incuriosus utroque est Aristoteles lib. 5. de hist. animal. cap. 2. ε μὲν ὁ μῖως γὰρ πάντα πλησιάζει ἀλλὰ τὰ μὲν ὀπισθενικὰ συνίοντα πυγῶν, οἷον λιόντες, καὶ δασύποδες, καὶ λύγους. *Ferunt non omnia simili modo coniunguntur, sed quæ retro urinam emittunt, auersa coeunt, ut leones, lepores, lynces.* Ita vertit Theodorus Gaza imperitissimè: nam δασύποδες nō sunt lepores, sed diuersum longè animal, quod Latinum nomen nō habet. C. Plinius lib. 8. cap. 55. *Lepus omnium prædæ nascens, solus præter Dasypodem, superferat.* Sed & ipse Philosophus lib. 1. h. ist. anim. cap. 1. ad finem, ἑλαφός, λυγός, δασύπους. *Cernus, Lepus, Dasypus.* Ibi æquali inconsiderantia idem vertit, *Cerni, lepores, cuniculi,* cum vertere debuisset, *Cernus, Lepus, Dasypus.* Idemque error in translatione eiusdem de opere lib. 3. cap. 12. & lib. 8. cap. 28. Sed & apertissimè hæc animalia distinguï probant apud Athenæum lib. 9. versus cultissimi Arcestrati, Callicratis Comici, Alcæi, Aristopanis, Xenophōtis, & aliorum. Verùm ad generationem redeo Rhinocerotis, de qua nihil Aristoteles, Aelianus, Philo, nec Agatharcidas, nec quisquam Græcorum, quod sciam, ut appareat nusquam perfectam huius animalis cognitionem haberi. Nam nec quot cõcipiat, aut pariat, quamdiu vivat, aut qua cura foetum educet? apud vllum deprehendi.

Coitus auersus. Dissidit Latini à Græcis. Gazæ error

NATURA, DESCRIPTIO,

sexus, locus.

FERAM istam Aristoteles notam non habuit, ieiunè, præter morem suum delineauit C. Plinius lib. septimo cap. vigesimo. *Rhinoceros vniuersum in mare cornu, alter hic genitus elephãto, cornu ad saxa limato preparat se pugnæ, in dimicatione aluum maximè petens, quam scit esse molliorem, longitudo ei par, curua multo breuiora, color buxius.* Remissè, ac parè ille, quod parua admodum eo adhuc sæculo istius quadrupedis Romanos arrigisset notitia, nec quæquã Iuba Mauri- niæ Rex, cuius auctoritati plurimũ Plinius deferre, super eo prodidisset, vberius Agatharcides Polyhistor. excerptis Historicis apud Phodium Patriarcham Bibliothecæ Codicis 250. Cuius reliquæ Scriptoris verba ex lib. primo de mari rubro cap. trigesimo sexto, apposui ex versione Laurentij Rhodomanni, nam Græcus Codex non est à manu. *Rhinoceros vastitate quidem non inor, sed altitudine inferior est Elephanto, buxi quo refertur colorem, pulvis etiam consuetudine tenior, in partium in partibus fertur conu, ad ferrũ vim, & rigorem proximè accedens, quo cetero quidem temere, ad quamcunque appropinquat cauetur, limato, præcordia verberat impetens, sed in dimicatione in elephãto (cũ hoc n. de piscibus cõtinuas habet conflictationes, ac capitales luctas) ventrem biva, & per sepe carniũ ambitũ exanguem facit, plurimique Elephãto mi sa ex animati certant, ut si alium conuincendi copia non datur, contra ipse à proboscide, & densibus ictus, varijs modis missis vires, & desit, quæ rabore, & vi ab illo permultum differt. Cõcordes illi sanè, sed nō pacum illorum sententia dissident, qui res Americæ exequuti sunt: Nicolaus de Comitibus Vegetus itinerario suo ad Indos. In Mâgi prouincia Rhinoceros suillo capite, bonina cauda, in fronte cornu, & non breuius bipedali longitudo, Elephãto est colore, cum quo illi perpetuum bellum. Cornu eiusmodi in pretio est apud omnes, quod venenatis rebus remedio esse censeatur. Hæc tam sunt aliæ descriptione veterum, ut aliud illud animal esse, ac Monocerotem verius, quàm Rhinocerotẽ spicari iussit, ita censuit Simon Maiolus vir literatiss. Diet. Cunicular. colloq. septimo.*

Neoteri dissident à prisca.

Nec minor est dissensus de cornu, nam laudati haecenus vnum ei tantum cornu assignant, Pausanias, grauis, & fidelis Scriptor, duo, alterum insigni magnitudine de naribus exans, alterum quod super nederumpit, exiguum quidem, sed validissimum. Adducit sane me locus ille, ut de succinea relatione C. Plinij iterum querat, & existimem quibusdam Rhinocerotibus duo esse cornua, sed non omnibus; nam nec verisimile Agatharchidem cum Plinio, & alijs infra citandis, hoc tam supine neglexisse, nec locus M. Martialis Coqui explicari potest, nisi duo cornua admittamus, ita enim libro spectaculorum epigr. 22.

Quale cornu, & quomodo explicat?

Namque grauem gemino cornu sic exulsi Vrsu.

Pulchre describit Oppianus Cilix lib. 2. Cyneget. V. 552. sed inaudita ab alijs ratione, quod sciam, Sexum in eo animante sequiorem non esse, nec in specie foemina esse, quae pariat, concipiatque: verba eius sunt,

Πινέκερος δ' ἔρυγος μὲν ὄφρ' ἄμας αἰδουκτῆρας
 εἰπέλλοι μείζον, ὀλίγον δ' ὑπ' ἑρ' ἀκρία ρινός
 Ἀντίλλει κίρας, αἰνόν, ἀκαχμένον, ἄγριον ἄορ
 κείνω κεν χαλκόντε διατρήσειεν ὄρεσσας
 ἐτήσας, βριαρὴν τε διατμήξεια χαραδρὴν
 κείνος, καὶ ἀναρῶ περ' ἐφορμηθεὶς ἐλίφαντε
 Πόλλαις ἐν κοιναῖσι κίχη τοῖτον ἔθηκεν
 Ἡρέμα δ' ἔξανθοῖς ἐπὶ καλλικόμοισι μετώποις
 καὶ νάτω ραδάμυγγεῖ ἐπήριμα πορφύρουσι.
 Πάντες δ' ἄρρηνες εἰσι, καὶ ἔσποτε θήλις ὄρανας,
 καὶ πόθεν ἐκ ἐδάην, φράζω δ' ἐχ' ὡς δοδάηκα
 εἶτ' ἐν ἐκ πῆτρης ὀλοὸν πόδε φῦλον ἐπῆλθεν,
 εἶτ' αὐτοχθονες εἰσιν, ἐπαντέλλουσι δὲ γαίης,
 εἶτε πρὸς ἀλλήλων, τέρρας ἄγριον, ἐκφύονται.
 Νόσφι πῶδω, καὶ νόσφι γάμων, καὶ νόσφι τόκοισι.

Ea sic Latine sonant, nam vulgata versio haud quaquam consona Graecis,

Rhinoceros autem Oryge, a sino Indico, est corpore impetuoso

Non multo maior, paruum vero supra summitatem nasi

Surgit cornu, graue, acutum, indomitum telum:

Illo ferrumque penetravit impetu facto

Vulnerans, solidumque disseuerit saxum.

Sape in pulueribus mortuum ipsum prostrauit,

Sensim vero in ruffa, & pulchricoma fronte,

Et in dorso macula confertim purpurascunt.

Omnes vero mares sunt, nec unquam foemina conspicitur,

Et unde nascantur non noui, loquor non tamquam sciam,

An ex petra pernitiosum hoc genus prodierit,

An ex terra geniti sint, existantque è tellure,

An ex sese mutuo, portentum horrendum procreentur,

Sine amoribus, & sine nuptiis, & sine puerperio.

Multa ille ab alijs praetermissa nos in isto quadrupede docet, ut reor sane, quod vixum semel animal ad sui explicandam naturam multos utriusque linguae auctores excitaret, ita suadet Claudius Aelianus lib. 17. de animalib. cap. 44. Ρινόκερος εἶδος γράφει τις ἐκ τῶν ἐσθλῶν ἰσοσείων γὰρ καὶ ἰσὶ λέγειν πολλοί, καὶ Ρωμαίων τε δεῖα μανοὶ τὰ δ' ἴδια αὐτῶν κατὰ τὸν βίον εἰπεῖν, & χεῖρα ἐσθλῶν. In primis verbis latet mendū, ideo rescribendum εἶδος γράφει μὲν, & sic sensus constat. Petrus Gillius ver-

Perierunt multi veteres auctores.

tit: *Rhinocerotis figuram describere, nimis frigidum esset, cum Graecorum permulti, & Romanorum, qui illum viderint, eius formam plane sciant, ac enim vim, & naturam eius actionum exponere alie-*
nium non est. Sed vereor ne illi perierint, nec ad nos peruenerint. Et certe multum Oppianus ab alijs differt; nam a sino Indico, seu orygi tantum magnitudine parem vult, cum alij aequalem Elephanto extollunt: Quae illi est ruffa frons, & dorsum maculis purpureis distinctū, alijs est color buxeus: Omnes mares esse fidem omnino superat, tam vastū animal sine semine, aut coitu posse prodire: Et tamen id probat exemplis idem Aelianus.

Ἡ δὲ καὶ διεροῖσιν ἐν ἔρυγος ὄρειο θαλάσσης
 βίνθεισιν, αὐτορρέετα φύει, καὶ ἀμήτορα φύλα
 ὄσπερον ἠπειδανάτ' ἀφύαι, κόχλων τε γένεθλα
 ὄσρακάτε, ἔσραμβοῖτε, τὰ τε ψαμάδοισι φύονται. Ita versa concipiuntur.

Iam etiam in humidis undosi maris
Gurgitibus, à seipsis facta nascuntur sine matre sacula,
Ostreum, imbetioesque apua, cochlearumque genera
Testaceaq;, conchyliaq;, & quæ in arenis nascuntur.

Commentum hoc ab ignorantia naturæ, ut puto, proflexit, nō aliter quàm hyenam alternis
annis matrem, alternis feminam fieri, & sine coitu parere vulgus credit. Plin. lib. 8. cap. 30. & lib. 28.
cap. 8. & tamen illud negante Aristotele lib. 3. de generat. animal. cap. 6. afferere non dubitarunt
plerique veterum, & in his Aelianus disertus, & Phil. lib. de proprietate animal. cap. 43.

Error ab i-
gnorantia.

Ἄρην μὲν ἢ οὐαῖνα τὸν ἄρτιον ἔχοντα,
θῆλος δὲ τὸν τόν.
Hyana qua mas pridie videnda erat
Nunc femina est.

Auger suspicionem ignorantia antiquorum, & firmat sententiam meam vel illud præcipuè,
pauci explicat qua regione potissimum Rhinoceros proveniat, aut vbi gentiū vivat? Paulus Dia-
conus Epitomæstas, Festi Pompeij lib. 16. Rhinocerotem quidam esse aiunt bouem Aegyptium falsò
planè, nec vnquam in Aegypto visus ille, nisi fortuito casu illatos, ut ex Strabone infra patebit;
Alij Aethyopiè quadrupedem contendunt ex loco Pausaniæ in Bœoticis, siue Taurum vocari, quod
erroneum, nam ibi loci ait ille in Aethyopia taurum esse, qui ob similitudinem cornu ab ignaris
appellatur Rhinoceros. Relinquitur ergo certum & in Africæ desertis, vbi Elephantis sunt, vbi &
Rhinoceros esse, & in India, quod nouo orbe detecto patrum nostrorū memoria rerum esse est
prehensum. Anton. Fernand. Soc. Iesu epist. datis anno 1610. in Abassia regno reperiri ait. Pe-
grin. lib. 7. cap. 6. Et in Asia multis locis hodie visitur, maximè in regno Bengala. Vide infra in
peciebus varijs.

De loco nō
conuenit.

CORNŪ, ET PVGNA cum Elephanto.

NONNIHIL supra de cornu obiter attingimus, hic fufius idem pertractandum; Non
nulli ergo vnum ei tantū cornū assignant, præter naturalium rerum auctores Scopia-
mus Florentis Tertullianus lib. 3. contra Praxeam. Non utique destinabatur Rhinoceros
unicornis, nec Minotaurus bicornis. Non omnes istum sequuntur, sed & Martialis duobus illum cor-
nibus depraleari, hoc supra laudato, asseruit, quod Angelus Politianus geminum illud cornu
Praxeam retulerit, ut sit Dactylus, ut ipse loquitur, ferrum non potest; Vfus enim cornua non ha-
ret ad ipsum Rhinocerotem geminum cornu spectare docent verba Pausaniæ loco proximè su-
pra laudato. ὅτι σφίον ἢ ἀρα τῆ συν ἢ ἐκαστὸν κέρα, δι ἃλλο ὅτι ἐπ' αὐτὸ ἀμείψα; ἐπὶ δὲ τῆς κεφαλῆς
ἀρα τῆς κεφαλῆς ἐστίν. Quoniam istis in summa nare singulis unicum cornū, nempe aliud supra non ma-
g, ut vbi in capite, ne quom quidem cornua. Vtrūq; hoc cornu in capite, secundum Martialem, de-
scribitur; at quidam in humero de xito cornū illud secundum, & breuius esse contendunt Indica-
um relac. lib. 3. c. 7. Domitium Calderinum reprehendit Angelus Politianus, defendit vtrūq;
Iacob Mazzonius lib. 1. defens. Dan. c. 33. Vtrumq; vti, cornū, quod de nare surgit, & nomen
vit, & a virtute præcipua extollitur, quod ut Monocerosi cornū venena propulset, auctores
facitatis, Phil. lib. de propriet. anim. c. 36. lo. Tzetzes histon. Chiliad. 5. c. 7.

Pugna Græ
malicornis

Ἰὸ κέρα τῆς κεφαλῆς ἐστίν, ὡς τὸ αὐτὸς παρρησίως
Τὸν θύρα δεξιὰ κέραν εἰδὼν ἀπορρίπτει
Lullus Lullus Verobensis vertit bene.
Cornu huius indicium, veneni contraria vi prædicam
Et iam dicitur spiritum cornu sinunt an fugere.

Alij, qui fabulas meras putant, quæquid de cornibus Monocerosis, aut Rhinocerotis
tur, nec quippiam virium ijs inesse ad venena depellenda, aut in diocada, omninq; ea quæ Prin-
s pleriq; inter pretiosissima asseruant, ficticia esse, ut quod habet Rex Britannia ad Vindsoræ,
Galliæ ad Diui Dionysij, Veneti ad Diui Marci, quodq; Clemens VII. Pontifex Regi Franci-
lonauit, quodq; in direptione ædium Petri Medicæi Florentiæ à Gallis occupatū memorant
dinus, & Paulus Iouius lib. 18. hist. talem enim virtutē illis inesse nec veteres vlli prodide-
, & negat nostro æuo docti: aut si quid mirabilem in veneno detegendo ab illis fieri comper-
sit, id nō naturæ ipsorū adscribendū censent, sed antidotis quibusdam, ex quibus cornua ista

Vis venena
pellendi an
in sui?

Negant au
tiqui, & do
cti quiq;

Errat
2

Etymon no
um.

temperentur, & manu fiant, quod in Iudæi cuiusdam artificio manifestum volunt, qui tale cornu
Reip. Venetæ vendidit. Sed ut de virtute illa venenum extrinque, depellendiq; incertum, ita
illud exploratissimum cornu Rhinocerotem uti cum pugnam cum Elephanto inicit. Plinij locus
corruptus est lib. 18. cap. 1. cum arbore exacuunt, limentque cornua Elephanti, & saxo Rhinoceres
& utroque aprè dentium scias. Legendum est plano, apertoque sensu. limentque cornua Elephanti,
& saxo Rhinoceres, & vri, & aprè. Eodem enim pugne genere uti Rhinocerotem, & vrum, dicitur
infra. Denique omnem huc inter feras istas inimicitia naturalis, & pugnandi ritum expressit Cl.
Aelianus lib. 17. cap. 44. Latini interpretis verba sufficere: In summa mare, cornu gerit, cuius mu-
cro acutus existit, ex eoque nomen traxit, neque ipsam illud in robore conceat ferro, quod quidem ip-
sum, cum est contra Elephantum pugnaturus, saxo exacuit, & limat. Cetera non ei paria cum Ele-
phanto, nam hic & procerissimus est, & fortissimus. Cornu igitur cuspidato Elephanti crura subiens,
aluum discerpit, & lacerat, isque effuso sanguine decumbit, pugna eorum est de pastionibus, pro ipsaque
tuendis multi mori dicuntur. At si aluum non præoccuparit Rhinoceros, sed inter hunc conatum ab E-
lephanto præueniatur, illius proboscide apprehensus, attrahitur, & retinetur, & dentibus seu securi-
bus conscinditur, ac tamen si eius pellis ea existat firmitate, ut agrè iaculo penetrari queat, tamen tam
violentus est Elephanti impetus, ut eam traiciat. Hinc ille fortè à pellis duritia nomē videri posset
mutuatus, nam Græci ut ρίνα nasum, ita ρινόρ pellem appellant; pugnat tamē cū Plinio Aelianus,
nam iste durissimū huic, & vix iaculo penetrabile corium attribuit, ille multo tenuiorem Elephā-
tine pellem ac delicatorem adsignat. Sed parum interest, dummodo vtriusque bellæ natura, pu-
gnamque ineundi ratio constet, & percipiatur.

QUANDO PRIMVM in Europa visus.

Pugna Hi-
storicor.

Error Dio-
nis.

EXOTICVM est, peregrinumque animal, nec ævo Aristotelis Græcis, nec Romanis,
quidem ante annum Urbis conditæ 666. cognitum, sed per quos Italiae monstratum, aut
cuius opera productum, inter antiquarios non conuenit, quam controuersiam tangit Cæ-
lius Rhodiginus lib. 16. Antiquar. lect. cap. 15. Dio Cocceianus lib. 51. vult Augustum Octauia-
num, deuicta Cleopatra, cum anno 12. triumphum de ea duceret, qui fuit Urbis annus 735.
Rhinocerotem omnium primū in triumphali pompa traduxisse, & publica ludorum sollemnitate
consecisse, θηρία κ' θοτά άλλα τε παμπληθῆ, καὶ ρινόκερω, ἰσπος τε ποτάμιος, πρότον τῶν
τῆ Ρώμῃ ὀφθέντα εσφαίρη. Καὶ ὁ μὲν ἰσπος ὀποῖος ἐστίν, πολλοῖς τε εἰρηται, κ' πολὺ πλείον ἐσφαται
ὁ δὲ θηρίνοκερω τὰ μετ' ἄλλα ἐλεφαντινῶν προσέοικε, κέρως δὲ τι κατ' αὐτὴν τὴν ρίνα προσέκα, καὶ
ὄν προέκει, κ' διαβέτο ἔτω κελυφαί. Vertit Franc. Sylburgius: Multa fera, ac animalia in trium-
pho Adriaco traducta, aut prælata, & inter hæc Rhinoceros, & equus fluminis: Hippopotamum
Latini Græca voce appellant, tunc primum, & visi Roma, & occisi sunt. Equus ille quale sit ani-
mal, multi tradiderunt, multo plures viderunt. Rhinoceros autem cetera Elephanto similis est, cornu
autem ex ipso naso prominens habet, & hinc nomen suum inuenit. De utroque animali falsum piam
Hippopotamus ludis Aedilitijs M. Scauri primū populo Romano ostensus. Plinio auctore lib. 8.
cap. 26. & Rhinocerotem primus Cn. Pompeius magnus ludis editis exhibuit, multis antequam
nasceretur Octavianus, annis. Idem Plinius lib. 8. cap. 20. qui cum Romanus esset, & classis Roma-
næ præfectus, & ducentis annis, ut minus, sæculo illi vicinior fuit, errasse Græculum in peregrini-
na facile apparet. Adde, contra Dionem pro Plinio stare C. Iulium Solinum Polyhistor. cap. 43.
Ante ludos Cn. Pompeij Romana spectacula Rhinocerotem nesciebant. Hanc sententiam ut verio-
rem sequuti viri graues, Anton. Coccius Sabellicus in paraphrasi ad Suetonij locum laudatum. Pa-
trum etiam nostrorum memoria Emanueli Lusitanæ Regi ostensum, donoque datum Rhinoc-
erotem recentiores Historici adnotarunt, & in his Laur. Surius commentar. Rer. sui tempor. ad
annum 1513. & alij. Et qui hodie Americam nauigando explorarunt, frequenter feram ipsam
vident, frequentius abiecta cornua, neglectim iacentia reperiunt.

VSVS IN SPECTACVLIS

Romanis, & cruentus conflictus.

VS V S eius Romæ, nisi explendæ populi libidini, nullus; nam in eo, præter atrocem, cruentamque dimicandi naturam, nihil memoratu dignum, aut vitæ necessarium, deprehenderunt, itaq; ut quæcumq; alia animantia visu rara, aut corporis mole horrenda, ita *Rhinoceros*, & in pompa Triumphali prælatus, & gladiatorijs ludis in arena theatri, aut Circo producebatur. Hostes ei componebatur, & cum illo committebatur, ut verbo proprio utar, vel hostem suum naturalem, scilicet Elephantem, qui plerumq; ab illo superabatur, ut ex superioribus constat, & experientia nuper comprobatum, cum anno 1515. Emanuelæ Portugalliæ rege spectaculum edente Vlyssipponæ Elephantem post longum certamen prostravit, vel hostes ei in spectaculo nulli, ita intelligendus est C. Suetonius in Augusto cap. 43. *Solebas etiam circa spectaculorum dies, si quando quid inusitatum, dignumve cognitum aduectum esset, id extra ordinem quolibet loco publicare, ut Rhinocerotem apud Sepia, Tigrim in scena, anguem quinquangita cubitorum pro comitio*: Innocua hæc erant spectacula, nec effuso sanguine populus oblectabatur, sed sola oculorum voluptate erat contentus. At in cruento arena certamine aliquoties à Domitiano productus, ac cum Tauro commissus. Martialis coquus libello Amphiteat. epigr. 9.

*Præstitit exhibitus nuper tibi, Cæsar, arena,
Quæ non promisit prælia Rhinoceros.
O quam terribiles exarsit pronus in iras?
Quantus erat cornu, cui pila Taurus erat?*

Nullum animal ferocius eo, nec quod valentius in arena depugnaret. Culpam autem Martiam nonnulli ex Criticorum grege, quod bellæ iram tribuerit, sed nec malè id ille, nec sine exemplo fecit. Martian. Capella lib. 4. pag. 36 f. L. Seneca lib. 1. de Ira cap. 3. dixi ad Claudianum consulari Olybrij, & Probrini in principio. Eodem opusculo Martialis epigr. 22.

*Sollicitant pauidi dum Rhinocerotæ magistri,
Seque diu magna colligit ira fera.
Desperabantur promissa prælia Martiæ:
Sed tamen is redijt, qui fuit ante furor.
Namque gravem gemino cornu sic extulit Vrsum,
Iactat ut impostas Taurus in astra pilas.*

Penultimum versiculum liquet esse vitio librarij depravatam, neque enim tam vasto, & forti, ornutoque animali, ac est *Rhinoceros*, credibile videtur *Vrsum* oppositum, qui nec corporis mo- nec robore, nec armis ei vllatenus conferendus foret, quare refingendum

gravem gemino cornu dum sustulit Vrsum.

Domitius Calderinus, & Angelus Politianus retinuerunt malè *Vrsum* quam *Vri* natura vis, proprietatis, illi loco potius conveniant: Plinius lib. 18. cap. 1. supra à me correctus, & lib. 11. cap. 37 in Iata *Vri* cornua describit, ut rarò alijs poculis barbari ad Septentrionem vergentes utantur, rarius ad lib. 2. Georg. Eadem alijs L. Seneca Hippolyto Act. 1. Sc. 1.

*Tibi dant varia pectora Tigres,
Tibi villosa terga Bisontes,
Latisque feri cornibus Vri.*

Hucusque de indomito eius robore, pugnacitate, naturaque, at texui, pergo porro.

CORNV QVALE.

INGENS auctorum dissidium cogit hic amplior em de cornu eius disquisitionem instituire, omnia enim sunt in incerto. 1. Sunt qui duo, ut dixi, cornua ei affingant, ut præter laudatos supra, Nummus Domitiani repræsentatus à Pierio lib. 2. Hieroglyph. ad finem. cherius vetustissimus auctor. *Terribilis fera Rhinoceros, cui gemina in naribus cornua*. Et cuius pæne eruditorum consensus, ut duo cornua eam habuisse constet. 2. quo in loco hæc cornua, a ve figura? Valde est ambiguum, in eodem Domitiani nummo cornua æqualiter, parique longitudine è naso excrescunt, nisi fortè, quod credibilis est, forma illa Elephantis est, non Rhi-

*Nummus Do-
mitiani.*

Rhinocerotis, ut schema ostendit, a Pierio ibidem loci productum.

Alij placet duo quidem esse cornua, sed inaequali magnitudine, & illi in diuersas sententias abeūtes, Domitius Calderinus, & Theodorus Marcilius cornu maius in nare collocā, minus in humero. Nonnulli demum maius cornu in naso, minus in fronte, aliquo supra spatio, cōstituunt.



Rhinocerotis, ut schema ostendit, a Pierio ibidem loci productum. Alij placet duo quidem esse cornua, sed inaequali magnitudine, & illi in diuersas sententias abeūtes, Domitius Calderinus, & Theodorus Marcilius cornu maius in nare collocā, minus in humero. Nonnulli demum maius cornu in naso, minus in fronte, aliquo supra spatio, cōstituunt.

puer guttum atrocibus oculis, & concussum vehementius, iterum in ollam vertit. Sicut tamē qui per Rhinocerotem apud Iuvenalem intelligi contendunt labrum, in quo se lauant, manifestē falsō: nam nec vllum cornu tam vastū, & ingens, vt homines capere possit: Deinde labra omnia ex metallis L. Seneca epist. 86. Sordidus, inquit, quispiam sibi nunc videtur, nisi aquam argentea epistomia fuderunt. Sic optimē Iustus Lipsius legit, licet Iacobus Cuiacius Epistomia malit. Auo ergo diuite labra caldaria epistomia ex auro, argentoq; quæ olim ex ære. Vlpian. I. C. L. XXV. ff. de auro & arg. leg. Claudian. lib. 1. in Eutrop.

Balnearia ex argēto.

in argento lympham portabat alumne. Phædrus lib. 4. fab. 63. Limationem argenteam, Eunuchos glabros. Verumque ritum si ante attingit Papinius Statius Neapolitanus lib. 1. Sylu. 5. Nil ibi plebeium, nusquam Temesæa videbis Aera, sed argento felix propellitur vnda, Argentoque cadit, labrisque tumensibus in stat Delicias mirata suas.

179

Sed & diuersum quippiam de Rhinocero isto apud Satyricum sentit Hieronymus Mercurialis, esse scilicet probe nasatū, aut insigniter peculiatum, qui impudicitiam professus cum diuitibus ad spurcos vsus lauaretur; quod erroneum omnia, & a mente poetæ alienissimum; nam licet eodem labro meretrix, & matrona casta, vt est in veteri pærgia, vna lauarent, licet in eodem folio pudicus cum impuro aqua perfunderetur, quod tamē auo Iuuenalis fortē lege Censoria iam sublatum, tamen versus Martialis de homine non possunt intelligi, sed gutto rātum, quo oleum balneatores reseruabant, eruditē obseruat Mattheus Raderus. Quod autem cornu istud vim quædam veneni expultricem habere nonnulli tradiderint, & veteres ignorarunt, & ego fabulam puto, neque enim sagacem id Romanorum, & Græcorum curam fugisset, nō me latet tamen maximas Abyssioi regni diuitias haberi, animalium pelles, Elephātum dentes, Rhinoceroton cornua. Ioan. Boter. Relat. Afric. pag. 144.

Ridiculus error Mercurialis.

P A R O E M I Æ.

Bronchi.

PLVRIMÆ ab isto quadrupede loquendi prouerbiales formulae, seu paræmiæ defluerunt. 1. Oe deformis, seu dente Bronchus translata vocari solebat Rhinoceros, quod scilicet dentes eminent, vt videri possent cornua Rhinocerotis. Adrian. Turneb. lib. 17. aduersarior. cap. 24. Lucilius Satyricus.

Bronchus Romillanus dente aduersa aminulo, hic est Rhinoceros. Eamque idem ille deformitatem pulchrè describit, per oppositionem ornatus, aut pulchritudinis. Versus eius sunt.

Non censet καλλιπλόκαμον, καλλιόπουρον illum Non licitum esse uterum, atque etiam inguina tangere mammis? Compernem, aut varam fuisse Amphitruonis ἀνοίτην Alcmenam, atque alias: Ledam ipsam demique nolo, Dicere, tute vide, at que dissyllaban elige quod vis, ἴντιν, ἰν π α τ ῖ π ε ι α, aliquam rem insignem habuisse Verrucam, nauum dictum dentem eminulum vnum.

Lucilij affectatio Græci sermonis.

Hanc nimiam Græcicarum vocum affectationem in Lucilio ridiculam rides, & exagitat in vno loco Horatius. Vide lib. 1. Satyr. 19. At magnum fecit, quod verbis Græca Latinis Miscuit.

Libido.

2. Per Rhinocerotem prouerbialiter notatum vult Hieronymus Mercurialis homines indomitæ libidinis, & immense peculiati, vt sunt plerumque nasuti. El. Lamprid. in Heliogabalo, & ex illo Cæl. Rhodigin. lib. 27. cap. 27. Auctor obsceni carminis in priapis Grandia Dulychij vasa iulisse viri.

Derisores.

Ex quo apparet non nasatos, sed vasatos legi debere. Ipse viderit, modestia me, & Christianus pudor, vltra progredi, in re tali, non patiuntur; nec locus Iuuenalis, ab eo laudatus, quippiam conducit, alium enim ipsius sensum supra ostendimus. 3. Derisores per paræmiam Rhinoceroles esse, aut Rhinocerotis nasum habere dicuntur. Martialis lib. 1. epigr. 4.

Maiores namquam ronchi, iuvenesque, senesque.

Et pueri nasam Rhinocerotis habent.

Sidon. Apollinar. carm. 3.

Nec nos ronchi sono Rhinoceroe notet.

Et carm. 9.

Rugato Cato tetricus libello

Narem Rhinocerotem minetur.

Et sanè nulla humani corporis pars erat, quæ nõ alicui affectui esset dicata, sic caput Divinitati, frontem Genio, renes libidini, oculos Amori, genas Pudori, supercilia fastui, pectus consilio, genua Misericordia, aures imas Memoria, crines Luctui, dextram Maiestatii, sinistram furacitati, nasam irrationi, dicavit Antiquitas, Et cetera quidem per se nota sunt, aut parerga nobis. De naso paulo accuratius disseram. C. Plin. lib. 11. cap. 37. *aliorum hominum tantum, quem noni mores subdola irrisioni dicavere, nasus.* Hinc Græcis *μυκτηρίζω* naso agitato aliquem *subannare*, siue quod ait Plautus, *frigidam subdolè suffundere.* Ioan. Brod. lib. 4. Miscellaneor. cap. 32. Sic passim intelligendi auctores. Artemidor. Daldian. lib. 1. Oneirocrit. cap. 29. Helenus Acron, & Porphyrio ad Horatij Satyr. 6. lib. 1.

Uterque solent, naso suspensis adunca

Ignotos.

Pseudo Cornutus ad Satyr. 1. A. Persij V. 6 r. & ad illud Satyr. 3.

Ingeminat tremulas naso crispante cachinnas.

Quintilianus ex Aristotele. *Nasus significat ingenium, contemptum, risum, fastidium.* M. Martialis lib. 13. epigramm. 2.

Nasutus sis usque licet, sis denique nasus

Quantum nolueris ferre rogatus Atlas,

Uter possis ipsum iam deridere Latinum,

Non potes in rugas dicere plura meas.

4. *Rhinoceros* adagio quadrat in iracundum, est enim *nasus*, ut prædicta omittam, *bilis sedet, Bilis.*

Plaut. Amphitruone. Sc. Dij.

A. Persius Sat. 5. V. 91.

ira cadat naso, rugosaque fanna.

Cum ergo nullum animal tam ingentem nasum habeat, merito in derisores, & iracundos proverbialiter detorquebitur, de posteriori etiam Martialis supra

Quam terribile ex arte pronus in iras.

Vnum tantum addo, & sermo acm finio.

HIEROGLYPHICA

HABET etiam in arcana Aegyptiorum Theologia mysticas quasdam significationes *Rhinoceros*, quas ex vnico Pierio Valeriano, quia non est ad manum Horus Apollo, deducam. Is ergo lib. 2. Hieroglyph. ad finem nonnullas ponit 1. *Iracundiam ex tarditate rociorem factam*, qui describere velit, huius quadrupedis emblema exhibeat, qui diu in arena, *Iracundia.* rberere, stimulis, flammis etiam irritatus, nulla ferociae signa exhibuit, dum concepto, licet

mao, furore, egregio spectaculo fuit, vnde Martialis supra

Desperabantur promissa prelia Martis,

Sed tamen is redijt, qui suis ante furor.

2. *Rex quilibet potens inferioris artibus positus per Rhinocerotem cum Elephante pugnantem* *Rex potens* *timetur*: nam et si Elephanto longe viribus sit inferior, tamen & naturalis ei nascitur hostis, & aminato cornu dolose alium petit molliorem, quam si adacto cornu perfodere possit, certa victoria potitur, ut ex Agatharchida, Plinio, Aeliano, Strabone, Diodoro Siculo, & alijs supra laudatis abundè liquet, nec repero.

3. *Robur & fortitudo per Rhinocerotem denotatur.* Eucherius ex sacro Iobi libro: *Nunquid vobis Rhinoceros seruire tibi?* Et apud Balaam hæc verba extant. *Cuius fortitudo, quasi Rhinocerantis.* d & in Psalmo 21. Chaldæi, & Arabes rectè exposuerunt, *Saluame a feroce fortissimo, sicut Leo, a Rege potente, cuius potentia sit sicut Naricornis.* Quod fugit omnes quos viderim hætenus, i versibus Latinis donarunt Regium Psalmisten.

In Job. ca.
39.
Ibid.

4. Stultitiam & arrogantiam hoc animal notat: D. Gregorio teste, *in mare fatuas, in cornu elatio. 5. Buxens in eo color, abstinencia pallor est.* ait idem sanctissimus Scriptor.

SPECIES VARIÆ.

Diuersas esse *Rhinocerotis* species, etsi nec Græci, nec Latini prodiderunt, recentiorū tamen diligens obseruatio persuasit, nam in Africa *Rhinocerotem* quendam viuere deprehenderunt *magnitudine asini syluestris, cornu bicubitale, pedibus ceruinis, auribus equinis, cauda bouina.* Peregrinat. African. lib. 6. cap. 12. In regno quodam Asiæ Bengala dicto ingēs est *Rhinoceros* copia, quos *Abadas* patria lingua vocant videndi sunt Ioan. Boterus, Antonius Maginus, Artus Histor. Indiæ Oriēt. pag. 282. Linscot. cap. 16. in illius regionis descriptione. Huius quadrupedis *cornu, quod ex naso pullulat, dentes etiam, caro, sanguis, pedum ungula, & quicquid est in toto corpore, præcipuam aduersus venena qualibet virtutem habere creduntur. Cutis supernè corrugata, ut laminas, & bractæas referat,* si vera est descriptio eius apud Linscotum cap. 49. Hunc viri docti existimant esse *Monocerotem*, siue vnicornu, quod nostra ætate, præter hunc, nemo alium vidit, excepto Ludouico Vertamanno, seu Barthama, qui lib. 1. cap. 19. ait se duos *Monoceroses* vidisse, quorum alter habebat *cornu bicubitale, ipse magnitudine pulli equini, alter paulo minor, dono missus Sultano Mecca.* Cuius auctoritate Conradus Gesnerus lib. de quadrupedibus censuit varias esse species *Monocerotis*, quàm verè ipse viderit, nam illa ipsa animalia in *Magorri* aula pridem visa, vitis eruditissimis *Rhinoceroses* sunt habita, cornua enim ea non è fronte, sed è naribus nascuntur, & extuberant; quare & Thomas Coriatus, qui non ita pridem eorum picturam exhibuit, manifesti erroris conuincitur, qui cornu ijs in frontibus dedit, quæ constat in naribus locunda. In pari errore versatur Iulius Cæsar Scaliger exercitat. in Cardan. 205. Neque tantum istæ duæ species recentiorum cura innotuerunt, sed & pleræque aliæ, quas reperies apud Samuelem Purchasium in peregrinationibus suis nō vno loco, ad quem te, lector, remitto. Denique nec veteres vnā tantum eius animantis speciem cognouisse videri possunt, quando alij vnum cornu, alij duo, nonnulli vtrumque in nare, quidam vnum in nare, alterum in humero ponunt; sed & illi, qui vtrumque in nare cornu collocant, dissident ab inuicem, dum hi minus supra maius, isti contrario situ collocant. Hæc omnia eo tendunt, vt diuersas eius species tum visas argumento sit probabili.

Error Gesneri.

Coriati.

Scaligeri.

Diuersitas ex Cornib.

QUOTIES ROMÆ VISVS.

HOC corollarij vice fuerit, nunquam Romæ visum, nisi ad spectaculorum pompam, *Rhinocerotem*, nec id quidem sæpe. 1. stante Republica Cn. Pompeius dedit, & in arena coactoribus exhibuit. Plinius, & Solinus. 2. ab Augusto Principe extra ludorū ordinem in septis ostensus. Dio Cocceianus, & C. Suetonius, quanquam ille in manifesto errore. 3. à Domitiano, aut vt quibusdam probabilius habetur à Tito Romam allatus, & populo monstratus, Nummus Domitiani, & Martialis. 4. Gallieni fuit munificentia, nam inter alias feras ludis illius Imperatoris interfectas enumeratur etiam *Rhinoceros.* Trebellio Pollione in vita Gallieni auctore, nec pluries memini.

Quater Romæ visus.

VENATIO.

DIFFICILEM esse eius venationem, ac longè difficiliorem capturam pleriq; existimarunt. D. Gregorius Magnus exposit. Morali in Job. cap. 39. *Rhinoceros indomitus est natura, nec captus, quia nimium impatiēs, in vitā retineri potest, sed illico moritur,* putauit vir sanctissimus eundem esse *Rhinocerotem*, ac *Monocerotē*, quod & multis alijs eo sæculo imposuit, in his sunt Albertus Magnus, vt dixi, & Vincentius Bellouacensis lib. 18. cap. 104. sed euicit experientia, & sequentium assiduitas, vt planè, plenèque hæc distincta esse animalia liqueret, nam *Monocerotem* non posse viuum capi, constans est opinio, cum venatores cornu tantum requirant. Ioan. Tætz chil. 5. c. 7.

Differentia Monocerotis & Rhinocerotis.

Δραμόντες πάντες οἱ λοιποὶ τῶν θηρευτῶν, ὡς ἔφην,
τὸ κεράς τέτε κρωτησίον, ἀντιμαδῆς φαρμάκιος.

Τὸν θῆρα δὲ φιλόκαρον εἴσιν ἀποτρέχειν.

Vertit Paulus Lascius,

*Currentes alij omnes venatores, quos dixi,
Cornu huius insidunt, venenis contraria vi pradiatum,
Feram autem spoliatam cornu sinunt aufugere.*

At de *Rhinoceros* omnia secus se habent, nam & captus sepe, & Romæ in arena spectatus, ut dixi. Sed aperta illa est distinctio, quam ad feram ex idoneis auctoribus: nam inter venandū *Rhinoceros* capientibus est pæne immobilis, & se robore suo, nō etiam cursu tucetur, ac vindicat, contra *Monoceros* incitatissimo fertur cursu, ac persequētibz pernitate pedū se eripit. De prioris captura *Oppianus Cylis lib. 4. Cyneger. in principio* stat im

*ἢ ἔλαφος κραισσοί θρασύς, κραισσοί δὲ ταῦρος,
ἢ γένυισσιν ὄρυξ κρατερός, γένυισσιν λέοντες,
ἢ πῶσι, Ρινοκερος αἰσυνός, πῶσις οὐκ ἀλαγῶν.*

Verbatim sic verto.

*Non ceruus cornibus audax, cornibus uero Taurus,
Non genis oryx validus sed genis leones,
Nec pedibus Rhinoceros fretus est, pedes arma leporum.*

De posteriori *Phile propriet. Animal. cap. 36.*

*Ἄλλ' ἀνὰ θρασύς πῶσις
Ἀπ' ἀζέται δὲ τὸς αἰσυνόπυς τόπυς.
Idoneosque cursibus licet rudes
Gestas pedes, amatque solitudinem.*

DE CAMELO.

Cap. XXXIV.

CA MELI sequitur consideratio, de quo quadrupede, non quid dicatur, sed quo delectu, sit diosē videndū, nam illū Græci, Latini, barbariq; Scriptores ita certatim extulerunt, ut licet verique populo sit animal exoticum, nullum tamen celebrius, utiliusq; censent, et felicius expresserint, non, ut pato, quia experiendo naturam ipsius explorassent, rarus quip- Romanis, nullus Græcis erat usus, sed quia Naturam in Vniuersum executi, agmen ducat C. Solinus polyhiti. *Bactri Camelos fortissimos mittunt, licet & Arabia plurimos gignat, verū hoc ferant, quod Arabici bina in dorso tubera habent. singula Bactriam: hi nunquā pedes alterum, sunt aut illis reciprocos quibusdā palmuntulis vestigia carumtensa, unde & contraria est labes ambulans nullo fauente presidio ad visum insistenti, habentur in duplex ministerium, sunt alij oneri scē- accommodati, alij perniciores, aut ut in quibusdam codicibus melius habetur, alij ad pernitiatem es; sed nec illis plura iustum pondus recipiunt, nec isti amplius, quam solita spatia volums egredi, sicut a cupidine, in meliori codice, propter genituram, in exhausta libidine efferantur adeo, ut se- int cum enereu requirunt. Oderunt equum genus, sicut in quadriduum etiam, sic rectius, tolerant, ut cum bibendi occasio data est, tantum implentur, quantum & sasset desideria praterita, & in utrum diu proficit. Lutulentas aquas captant, puras refugiunt, denique nisi canosior fuerit liquor, ipsi sua procucatione limum excitant ut turbetur. Durant in annos centum, supplet Codex bonus, si, aut amplius, nisi forte trāstati in peregrina, insolentia mutati aeris morbos trahant, ad bella sa- in M. S. additur maxime preparantur, inuentumque est, ut desiderium eis coistans quadam ca- tione exsecaretur, putant enim validiores, in Codice M. S. bonæ notæ erat, velociores si a coiti- arceantur. Locum ideo integrum adscripsi, vel quia parum erat, & medica manu egebat, vel ex parte mutilus & imperfectus videretur, nec satis Cameli naturā exprimeret, deniq; quod interpretatione non leui pleraque indigeant, quippe alijs contraria scriptoribus, quod figil- a perpendendum hic erit.*

Cur tā mul- ta de Came- lo prodita? Cap. 92.

Varia in So- lino lectio.

Solinus cor- rectus.